

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6574

Autre(s) référence(s) : Bates 261 / ARTEM 1928

Auteur(s) : Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1074, mai

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, confirme les biens qui avaient donnés à l'abbaye Saint-Wandrille avant et depuis sa destruction.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, recueil des chartes, n° 38.

b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 261, p. 786-788.

Texte établi d'après b

IN NOMINE SUMMÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI, AMEN.
EGO WILLELMUS DISPOSITIONE DEI REX [ANGLO]RUM et comes invictus Normannorum, divina gratia
preventus atque Deo dignis patrum præcedentium animatus exemplis, qui sanctas sanctorum Dei ecclesias
[propriis] sumptibus aut a fundamentis multimoda devotione construxerunt aut constructas ornamentis diversis
aut prædiis, sive aliis rebus servorum Dei necessitatibus profut[uris, pro] suarum redemptio[n]e animarum affatim
ditarunt, hac sibi ratione talique commertio celum comparantes et thesauros suos tut[o] loco repositos [eternali]ter
recepturi prudenter ante se premiserunt, in loco qui dicitur Fontinella prius a sancto Wandregisilo nobiliter
exstructo, quondam perversorum bacante gladio ad [solum usque] diruto, sed avi mei RICARDI pia diligenti[a]
restaurato,] dominico sermone ammonitus dicente, 'reddite quæ sunt Cæsar is Cæsari et quæ sunt Dei Deo',
ac fidelium usus consilio, dono pro anime mee remedio et [parentum precedentium ac univer[se] prolis a Deo
mihi] concesse ad supplementum victus servorum Dei ipsi in eo servientium, decimas sive possessiones et predia
subnotata et ea que eiusdem loci iuris fuerant [ante ipsius devastationem que] huc usque nostris cesserunt usibus
et dominationi devote et humiliter restauro, ut eorum qui idem sanctum coenobium edificaverunt meniis, ditarunt
facultatibus et præ[diis, particeps et] consors in æterna sanctorum gloria merear inveniri. Id est, villam quæ dicitur
Eskethoth iuxta Banna, et ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis ; et decimam thelonie de Bannis, et molituram
eiusdem [ville, et de Veau] villa cum omnibus illic ad me pertinentibus ; ecclesiam de Flamenvilla cum decimis ;
ecclesiam de Alovilla cum decimis eiusdem villæ ; [Crescetot] cum h[ospital]ibus. Item ecclesias sanctæ [Marie
et sancti Georgii] de Gravenchone cum decimis et duos hospites ; et ecclesiam de Maisnillo cum decimis ;

[Bertrim]ont et ecclesiam cum pertinentiis et novem hospites ; [Gructe]villam et ecclesiam [cum decimis ; ecclesias sancti] Victoris in Campania et de Ansquetierville cum decimis et quinque vavassores ; mansum [cum te]rritorio de Budetoth quod in domino habeo et ecclesiam [cum decimis ; terram Anselmi mei militis que vocatur] Grofaith ; villam que vulgo dicitur Bosgerart et ecclesias cum decimis ; Novam villam super Alnam et ecclesiam cum decimis ; in pago Sa[giensi, ecclesias Argentoni cum capellis et decimis,] ecclesias de Sarchiaus, Mauuoithvillam, Corlandi, Setfreville, cum decimis earum, et terram unius carruce sufficientem ; in Crispavilla te[rram Manninc et terram Bruninc cum quattuor allo] darii ; in Waldrevilla terram Rod[ulphi] et Engerranni cum uno molendino ; in Cantaluppo quandam particulam saltus. Quæ omnia [auctoritate niminis mei corroboro et] confirmo et trado supradicto loco in perpetuum possidenda, ac cum consilio et auctoritate episcoporum meorum subter ascriptorum an[athematizo omnes hanc nostram concessionis] paginam infringere presumentes.

Signum Willelmi regis Anglorum et principis No[rmannorum +]. S(ignum) Roberti regis primogeniti ++. S(ignum) Johannis Rothomagensis archiepiscopi +. S(ignum) Hugonis Luxoviensis +. S(ignum) Gilleberti E[broicensis +.] S(ignum) Willelmi +. S(ignum) Henrici +. S(ignum) Odonis Baiocensis episcopi +. S(ignum) Michaelis Abrincatensis +. S(ignum) Roberti Sagiensis +.

Actum Rothomagi publice, mense Mai[o], anno ab Incarnatione Domini M[LX]XIII, indictione XII, qui erat nostri adepti [regni octavus].